

DE SVCCINO

menta nunquam suas vires exerunt, nisi prius aut contundantur, & in minutissimum puluerem reducatur, aut macerentur, aut vrantur. Sic pij, quanto magis ærūnis & calamitatibus subiiciuntur, tanto magis sentiunt præsentiam & auxilium Dei, qui per eos resistit omnibus malis.

Illustre quoque est de diuina beneficentia ac gratia, quod omnibus æquè offeratur. Omne electri genus in candidum conuerti potest, si iustā in mari trahat moram. vetustate enim albedinem acquirit, dum à falsedine maris alteratur. Placuit ipsi Deo in imagine candoris paternè nobiscum colludere pulcherrima consolatione, cū inquit Esaiæ primo: Dicit Dominus, si peccata vestra fuerint vt coccinū, niue reddentur candidiora: sin rubeāt instar purpuræ, sicut natiua lana, alba erunt.

Dealbat nos Deus misso filio Domino nostro Iesu Christo, qui suo sacrosan-